arriana rabies fremit hinc in tres partes scissa eccla
ad se rapere festinat. Monachorum circa commanen
tium antiqua in me insurgit auctoritas. ego interim
clamito; Si quis cathedrae petri iungitur meus est. me
litius uitalis atque paulinus tibi haerere se dicunt. possem
credere si hoc unus adsereret. Nunc aut duo mentiuntur
aut omnes. Idcirco obtestor beatitudinem tuam per cru
cem dni. per necessarium fidei nrae decus passionem;
Ita qui apostolos honore sequeris. sequaris et merito. Ita in so
lio cum duodecim iudicaturis sedeas. Ita te alius senem cum
petro cingat. Ita municipatum caeli cum paulo consequaris.
Ut mihi litteris tuis apud quem in syria debeam communi
care significes. Noli dispicere animam pro qua xps est mor
tuus. EXP AD DAMASUM EPSM. INCPT AD MARCELLAM:
DE QUINQUE NOVI TESTAMENTI QUAESITIONIBUS;
Magnis nos prouocas quaesitionibus et torpens otio ingeni
um dum interrogas doces. prima tua sciscitatio fuit quae
sit illa; QUAE NEC OCULUS UIDIT NEC AURIS AUDIUIT NEC IN
COR HOMINIS ASCENDERUNT QUAE PRAEPARAUIT DS HIS QUI DI
LIGUNT EUM;
Et quomodo rursum idem apostolus inferat;
NOBIS AUTEM REUELAUIT DS PER SPM SUUM;
Et si reuelatum est apostolo intellegere debeamus quod et ille
aliis reuelarit. a quae breuis responsio est. Non debere nos
quaerere quid sit illud; QUOD NEC OCULUS UIDIT NEC AURIS·